Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



I 19

mente conuersi. Uiderunt decem tribuum scelera. Et tantum idola sunt secutae
ut in templo dei statuam baal ponerent quae in ezechielo uocatur idolum zeli
et aemulationem dni collocatum. Loquitur autem sub figura duarum sororum quae
de una sunt abraham et isaac et iacob stirpe generatae. Et priorem auersatrice
sequentem praeuaricatricem uocat. Ille enim dni pentus auersatus est. Statim
adoratis in dan et bethel uitulis aureis. Ista autem apud quam erat templum
et uerum dei cultu. In tatione germane paulatim recessit a dno. Et idcirco prae
uaricatrix dicitur. Secundum [illegible] autem debet et iois prophetia est
qui falsi nominis scientiam dum se arbitrantur heretica subtilitate sectari. as
cendunt montem superbiae. Et carnis huius uoluptatib: delinti sub omni ligna
frondoso et amoenae exponunt fornicationem suam qui cum tradantur diabolo
in interitu carnis frequenter euenit. Et domus iuda. id. e. confessionis et uere
fidei nequaquam terreatur exemplo sed multo maiore committat et facilitate
fornicationis suae contaminet terram ecclesiae. Et moechetur cum lapide et cum
ligno eas sequens dogmata quae aduersaria dos sunt. Si autem ecclesiasticus
uir corrigere uoluerit errantem et putridas resecare carnes ad paenitentia
reuocare eos. qui secuti fuerunt falsitatem. Nihilominus illi sub specie
ecclesiasticae ueritatis antiquum sequantur errorem. Dici potest de eis. In
omnib: his non. e. reuersa adme praeuaricatrix iuda in toto cor de suo sed in
mendacio fit autem haec pphetia iosiae temporib: regis iuda sub quo et hiere
mias exortus. e. prophetare. Et dixit dns adme. Iustificauit animam
suam auersatrix israhel. comparatione praeuaricatricis iuda. Iustior
in quid. e. israhel comparatione iudae. Qui illa statim in principio peccauit. haec
illius cruciatib: potuit emendari. Attende nouae ruberi heresis. quod
israhel comparatione peioris iustificata dicatur. Nec mirum hoc de unici
genitis sororib: Cum sodoma quoq: collatione hierusalem iustitiae nomen acci
piat. Dicente dno per ezechiel. Iustificata. e. sodoma et c. Et publi
canus fariseo comparatione fit iustus. Vade et clama siue lege sermo
nes istos contra aquilonem et dices. Reuertere auersatrix israhel. di
cit dns. Non auertam faciem meam a uobis. siue sum pius quia sum
misericors. Ego sum dicit dns. Non irascar in perpetuum. Verum tamen